capite ioseph et in verticem nazarei inter
fratres suos. Beniamin lupus rapax: ma
ne comedet predam et vespere dividet spoli
a. [isti] Et omnes hii in tribubus duodecim. Hec locu
tus est eis pater suus: benedixitque singulis
benedictionibus propriis. Et precepit eis dicens.
Ego congregor ad populum meum: sepelite
me cum patribus meis in spelunca duplici.
que est in agro efron ethei contra mambre
in terra chanaan: quam emit abraam
cum agro ab ephron ettheo in possessionem sepul
chri. Ibi sepelierunt eum: et saram u
xorem eius. Ibi sepultus est ysaac. cum rebec
ca coniuge: ibi lia condita iacet. Fini
tisque mandatis quibus filios instruebat:
collegit pedes suos super lectulum et obi
L. c. [appositusque est ad populum suum] it. Quod cernens ioseph ruit super faciem
patris: flens et deosculans eum. Prece
pitque servis suis medicis: ut aromatibus con
dirent patrem. Quibus iussa explentibus.
transierunt quadraginta dies. Iste quip
pe mos erat cadaverum conditorum. Fle
vitque eum egyptus septuaginta diebus.
Expleto planctus tempore locutus est io
seph ad familiam pharaonis. Si inve
ni gratiam in conspectu vestro. loquimini
in auribus pharaonis. eo quod pater meus adiura
verit me dicens. En morior. in sepulch
ro meo quod fodi mihi in terra chanaan sepeli
es me. Ascendam igitur. et sepeliam patrem
meum ac revertar. Dixitque ei pharao.
Ascende et sepeli patrem tuum: sicut adiu
ratus es. Quo ascendente ierunt cum eo omnes se
nes domus pharaonis: cunctique maiores
natu terre egypti. Domus ioseph cum
fratribus suis: absque parvulis et gregibus: abs
que armentis que reliquerant in terra gessen.
Habuit in comitatu currus et equites:
et facta est turba non modica. Veneruntque
ad aream atad. que sita est trans iorda
nem. ubi celebrantes exequias planc
tu magno atque vehementi: impleve
runt septem dies. Quod cum vidissent habita
tores terre chanaan: dixerunt. Planctus
magnus est iste egyptiis. Et idcirco ap
pellaverunt nomen loci illius planctus egypti.
Fecerunt ergo filii iacob sicut preceperat eis. Et
portantes eum in terra chanaan. sepelierunt eum
in spelunca duplici. quam emerat abra
am cum agro in possessionem sepulchri.
ab ephron etheo: contra faciem man
bre. Reversusque est ioseph in egyptum cum fratribus su
is. et omni comitatu sepulto patre. Quo
mortuo timentes fratres eius. et mutuo loquen
tes. ne forte memor sit iniurie quam pas
sus est. et reddat nobis malum omne quod feci
mus. mandaverunt ei. Pater tuus precepit no
bis antequam moreretur: ut hec tibi verbis
illius diceremus. Obsecro ut oblivisca
ris sceleris fratrum tuorum: et peccati atque
malitie quam exercuerunt in te. Nos quoque
oramus. ut servis dei patris tui dimittas
iniquitatem hanc. Quibus auditis. flevit
ioseph. Veneruntque ad eum fratres sui: et
proni in terram. adoraverunt et dixerunt. Ser
vi tui sumus. Quibus ille respondit. Nolite
timere. Num dei possumus resistere vo
luntati? Vos cogitastis de me malum: [et deus vertit illud in bonum.]
ut exaltaret me sicut in presentiarum cer
nitis: et salvos faceret multos populos. No
lite metuere. ego pascam vos: et par
vulos vestros. Consolatusque est eos: et bla
nde ac leniter est locutus. Et habitavit
in egypto cum omni domo patris sui.
Vixitque centum decem annos: et vi
dit ephraim usque ad tertiam generationem.
Filii quoque machir. filii manasse: na
ti sunt in genibus ioseph.
Quibus transactis: locutus est fratribus
suis. Post mortem meam deus vi
sitabit vos: et ascendere faciet de terra
ista ad terram quam iuravit abraam. ysa

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_17/0068
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG